

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Passio sanctae Dorotheae virginis et comitum eius quae passa est

[urn:nbn:de:bsz:31-65346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-65346)

multam habet. Ita ut non te solum sed et cuncta
pauca alere possis. Ideoque parco tibi et sua
de te immolare. fileas respondit. Non immolo.
Memento ipsi in hoc parco. Aduocati ad praesidem dix
erunt. Jam immolauit in frontis terio. fileas dixit.
Non immolauit certe. si uere sacrificare dicat. Cul
cianus dixit. Misera uxor tua tibi intendit. file
as respondit. Omnium spirituum nostrorum sal
uator est dñs ih̄s xp̄s. Cui ego uinctus ser uo. Potent
est ipse quime uocauit in hereditatem gloriae suae
et hanc uocare. Aduocati ad praesidem dixerunt.
Fileas dilationem petit. Culcianus dixit ad fileam.
Do tibi dilationem. ut cogites tecum. fileas respondit.
Saepe cogitavi. Et hoc elegi. Aduocati et officium
una cum curatura. et cum omnibus propinquis eius
pedes ipsius complectebantur. rogantes eum ut
respectum haberet uxoris. et curam susciperet
liberorum. Ille uelut si saxo immobili unda ad lide
retur garrulentum dicta respuere dñm in oculis
habere parentes. Et propinquos apostolos et mar ter
res ducere. Aderat tunc ^{uir doli agens curia mili} tum romanorum filo
romus nomine. hic cum uidisset fileam circumda
tam lacrimis propinquorum. nec tamen frangi posse.
Exclamauit dicens. quid inanis et frustra con
stantiam uiri temptatis. quidem quidō fidelis
est infidelem uultis efficere. Non uideris quod
oculi eius uestras lacrimas non uident. quod aures
eius uestra uerba non audiunt. quia oculi eius ce
lestem gloriam contuetur. Post haec dicta
cunctorum ira in filorum uersa una eademq;
cum cum fileam. subito sententiam poscunt.
quod libenter aduens iudex. ambos ferire gla
dio iubet. Cumque exissent et irent ad locum
caedis consuetum. frater fileae querat unus ex
aduocatis. Exclamauit dicens. fileas abolitione
petit. Culcianus reuocans eum dixit. quid ap
pellasti. fileas respondit. Non appellauit. ab
hinc infelicissimo noli intendere. Ego autem mag
nam ago gratiam regibus et praesidiatui.
quoniam heres factus sum ex ihu. Post haec exiit
fileas. Cumque puenisset ad locum ubi iugulandi

erant. et tendit manus suas fileas ad orientem.
et exclamauit dicens. filioli mei carissimi quateūq;
dñm quaeritis uigilate ad corda uestra. quia aduer
sarius noster sicut leo rugiens circuit quaerens
quem trans ferat. nondum passus sumus. Nunc in
cipimus pati. nunc coepimus esse discipuli xp̄i. In
uocemus immaculatam incomprehensibilem qui
sedet super cherubim factorem omnium qui est
initium et finis. cui gloria in saecula saeculorum am
en. Haec cum dixisset. carnicifera iussa iudicis exse
quentes. in fatigabiles amborum sp̄s ferro caesis
ceruicibus effugarunt.

EXPLICIT PASSIO SC̄I FILEAE

INCIPIT PASSIO SC̄AE. DO
ROTHEAE. VIRGINIS. ET COMITUM
EIUS. QUAE PASSA EST. IN Prouintia
CAPPADOTIAE. APUD CAESAREAM
CIVITATEM. SUB SABRITIO. PRAE
SIDE. VIII. IDUS. FEBRUARIAS.

In diebus illis in prouintia cappadotiae apud ciuitatem
caesaream quaedam di famula nomine dorothea
haec cotidianis diebus in castitate et sobrietate. In hu
militate. et mansuetudine. In ieiuniis. et orationibus
insistebat. Erat autem ita prudentissima ut uix
eam imitari pauci possent uiri. Omnes autem
quaequam nosse poterant. Magnificabant nomen
dñi nostri ih̄s xp̄i. quia talem haberet famulam.
Cuius et aspectus gratus uita sc̄a. et sapientia incom
parabilis erat. et immaculata uirginitas. quae
in tantum exiit in caritate xp̄i perfecta. ut ad eius
thalamum pueniret. Duplicauit sui sc̄i certami
nis palmam. et unicam uirginitatis coronam
tenens. Alteram martirii. puenit ad xp̄m.
Quo autem ordine passa sit. gestorum euidentis pa
gina docet. Cum fama sc̄itatis eius paures homi
num curreret. puenit ad praesidis persecutoris audi
tum. Quinque ingressa ciuitatem cappadociam id est
caesaream famosissimam xp̄ianorum. praecepit
dorotheam di famulam coartari. Cumque fuisset
intromissa. illo per tribunali sedente. Inclinato
capite orans dñm suum. stetit ante praesidem

Tunc interrogauit eam praefes nomine fabricius
dicens ad illam quae uocaris. At illa respondit
Dorothea nomen est mihi. fabricius praefes dixit
Ideo adductam exhiberi te uolui ut diis immor-
talibus sacrifices secundum imperium princi-
pum augustorum nostrorum quia audire te
xpianam esse. Ecce uadis poenas diuersas et uarios
cruciatos si sacrificaueris diis immortalibus
et libera animam tuam de morte et recedis
intacta et immaculata. Dorothea respondit.
Dixi quae est in caelo dixit. Num dm tuum adorabis
et ipsi soli seruias. Ceterum. Dii qui non fecerunt
caelum et terram. perierunt a terra. Videndum
est ergo cui imperatori obtemperare debeam.
terreno an caelesti mortali an immortalis. do
an hominibus. Quid sunt enim imperatores nisi
homines sicut fuerunt et ista dii. quorum imagi-
nes adoratis. fabricius praefes dixit. si uis
euadere tormenta. et reueri sana et immacu-
lata et in laesa. pone animam tuam et sacrificauis
diis. si in aliis legibus acta omnibus dabis timoris
exemplum. Dorothea respondit. Hic quidem
timent. homines rabidos non timent. hoc enim
faciunt. quod canes rabidi. laniant homines
innocentes. Et quia ratio in illis nulla est. Insa-
niunt. deserviunt. irascuntur et latrant et suis
moribus uulnerant et transeunt. fabricius
dixit. Tu quantum uideo pseuerare dispenis
in ista inertissima pessione et uiscum ceteris
mori. Audime et sacrificia ut aculei poenas
euadas. Dorothea respondit. Aculei poene
temporales sunt. Gehennae autem tormenta
aeterna sunt. Ut ergo aeterna euadere mihi
liceat temporalia timere non debeo. Memor-
sum enim dixisse dm meum nolite timere
eos qui occidunt corpus animam enim non possunt
occidere. sed potius eum timere qui potest corpus
et animam perdere in gehennam. fabricius dixit.
Ergo timere debes deos ne irati animam tuam
et corpus tuum perdant. si non eis sacrificaueris.
Dorothea respondit. Jam dixi tibi fabricius quae

quia nullo modo me poteris suadere sacrificare
daemonis qui habitant in istis numinibus uanis
quisie uixerunt ut turpe sit dicere. Et sic mor tui
sunt sicut animalia quidam uiuent non cogno-
uerunt dm qui fecit caelum et terram mare
et omnia quae in eis sunt. Horum ergo anime
in igne ardent. quorum uos parua metalla ad-
oratis effigies. Et necesse erit ut cum ipsis etiam
in ignem aeternum mittantur. quicum relicto
creatore suo horum uoluerint esse cultores.
Cumque hoc audisset fabricius uehementer iratus
et conuersus ad uentores suos dixit. si scitis eam
incastam ut uident se constitutam in poenis. uel
sit consentiat diis se exhibere cultorem. Si igitur
di famula dorothea eam se uidisse constitutam
incastam. Constantiter intrepida. Et non interro-
gata ait ad iudicem. quid metrical. fac quod fac-
turus es ut possim eum uidere pectus amore
mori non timeo. et torqueri non paueo. fabricius
dixit. Et quis est quem desideras. Dorothea
respondit. Xpm filium di uiri. fabricius dixit.
Ubi est xps. Dorothea respondit. quantum ad
omni potentiam eius pertinet ubique est.
Quantum autem ad humanam capacitatem sensus
humanae fragilitatis uanum putant. quod non
in loco aliquo esse didicerit. Et ideo confitemur
filium di ascendisse in caelum. et sedere ad dex-
teram patris sui di omnipotentis. qui unitate
ditatis obtinens. cum patre et spu sco. Inuitat
nos ad paradysum dilectiarum di. fabricius dixit.
Oportet te relinquere uanitatem. et sacrificare
diis. Et accipere uirum. et laetari in uita tua
nec aliter inter eas. sicut et patres tui perierunt
propter stultitiam suam. Dorothea respondit.
Nec sacrificabo daemonis qui xpiana sum.
nec uirum accipiam qui xpi sponsa sum.
Et haec est fides mea quae me introducat in para-
diso suo. et ad suum thalamum me faciat puenire.
Tunc fabricius iussit eam duci ad duas sorores
cristianam et calixtem quae nuper apostatauerant
et commendauit eam illis fabricius dicens.

fo. 97
8 p. 21 b

apta

introduxisset.

Sicut uos relicta uanitate et superstitione xpiana plus
sacrificasti in uicis et remunerari uos feci. Ad
huc melioribus donis honorari uos faciam. si ista
potueritis ab hac stultitia reuocare. Cumq;
coepisset eam in domo sua. Et diceret. Consenti
isti iudici et liberare de periculo poenarum sicut
et nos fecimus. Melius tibi ista agere et lumen
istud non consumas in poenis. Et ante tempus
tuum indoloribus percas. Respondens dorothea
dicens eis. O si audiat consilium meum et uos
idolis sacrificasse poeniteat. bonus enim deus et
copiosus misericordia his qui conuertuntur
ad eum ex toto corde suo. Dicunt ei cristicet
et calices. Jam simul perimus xpo. quomodo
potest fieri ut reuer ti possimus. Dorothea
dixit. Magis peccatum est desperare de di
miser cordia. quam uanis idolis immolare.
Nolite ergo desperare de medico bono et peri
tissimo. qui potens est uulnera uestra curare.
Non est aliquod uulnus quod curare se non conue
niat. Nam ideo saluator dicitur. quia saluat.
Ideo redemptor quia redemit. Ideo liberator quia
liberare non cessat. Uos tantum ad poenitentiam
conuertimini. et sine dubio ad indulgentiam p
uenietis. Tunc miserunt se ad plantas eius. flen
tes ac deprecantes ut oraret pro eis. quatenus pos
sent poenitentiam suam pro ipsam deo offerre.
ut indulgentiam diuinam acciperent. At illa
cum lacrimis. misit uocem ad deum dicens. De
quid dixisti. Nolo mortem peccatoris. sed uolo
ut conuertatur et uiuat. Dne ihu xpe quid ex
isti super uanum peccatorem poenitentem gaudium
habere in caelis quam super nonaginta nouem iustos
qui non peccauerunt. ostende pietatem tuam
in istis quas diabolus tibi conatur rapere. re
uoca oues tuas ad gregem tuum. ut exemplo
earum redeant ad te. qui recesserunt a te.
Cumque haec et his similia diceret. Ecce praeses
misit ad domum suam. et fecit eas cum dorothea
uenire. Quas cum talisset in parte. coepit ab eis
inquirere. si dorothea animum inclinasset.

At illae uno ore responderunt ei dicentes.
Itrauimus et satis iniquus egimus. timentes poe
nas et dolores transitorios. quia sacrificauimus
idolis uanis. et ideo rogauius eam et dedit nob
poenitentiam. ut possimus ad xpi indulgen
tiam puenire. Tunc fabricius scidit uesti
menta sua. Et in furore nimio iussit ut dor
sum addorsum ligat. mitterentur in cupa
sistatim sacrificare nolissent. At ille clama
bant dicentes. Dne ihu xpe. accipe poeniten
tiam nostram. et da nobis indulgentiam.
In his uerbis et in ista confessione durantes
incuba missae sunt et incensae in conspectu
scae dorotheae. Gaudebat autem dorothea
in hora exitus earum. et clamabat eis dicens.
A me cedite me securat de indulgentia criminis
uestri. et scitote palmam martiri quam per
dideratis. uos sine dubio inuenisse. Occurret
in amplexu uestro pater. qui in filio perditio
et recuperato laetatur. Tunc fabricius iussit
scam dorotheam in catasta leuari. Cumque
leuata esset. tanto gaudio exhilarata est.
ut pbaretur uirgo ad desideratum puenire
suae deuotionis effectum. Dicit ei fabricius.
Quid est quod si uultus tuus simulatam laetitia
mendacis ostenderit. Et in supplicio positam ex
ultationem te habere confingis. Dorothea
dixit. Numquam in omni uita mea sic laetata
sum sicut hodie. Primum omnium de his ani
mabus quas diabolus per te tulerat deo p me
recepit xps. hodie in caelis a pulatae sunt dees
gaudent angeli. simul omnes apostoli. mar
tires et pfecta. festina ergo fabricius et fac qd
facturus es. ut possim ad istam exultationem
scorum occurrere. ut simul cum ipsis gaudea
in caelis cum quibus fleui in terris. Tunc fabri
cius fecit circa latera eius lampadas adplicari.
At uero dorothea magis ac magis faciem suam
iudici hilarem et insultantem ostendens.
dicebat ei. Miser. ad nihilum redactus es
cum idolis tuis. Item de posita de catasta. fecit

eam diu in faciem palmis cecidi dicens. Ipsa
facies cedatur. quae mihi insultat. Cumque
diu multumque caesa. iterum iterumque gaude-
ret. et cedentes eam fatigati deficerent.
hoc ordine sabiticius dictavit sententiam.

Dorotheam superbissimam puellam quae sacrifi-
care noluit diu immortalibus uti ueretur.
sed ad uitae absolute mori propter nescio quae
hominem quid dicitur ihu xpi. iussimus gla-
dio percuti. Ad haec dorothea cum clamore
dixit. Gratias tibi ago amator animarum
quae me et ad paradysum tuum uocasti. et ad
thalamum tuum inuitas. Et cum egredere-
ret praetorium iudicis. dicit ad eam quidam ad-
uocatus nomine theophilus. Eia sponsa xpi
mitte mihi de paradiso sponsi tui mala aut
rosas. Et dorothea respondit. plane quia tra-
faciam. Cum ergo uenisset in iactu percussoris.
rogauit carnificem. ut modicum pmitteret
orare. Quaedam complexisset orationem.
ecce subito puer ante eam apparuit. ferens
in oratorio tria mala optima et tres rosas.
Cuilla ait. Obsecro te ut feras eas theophilo
scolastico et dicas ei. Ecce quod me percussit.
ut tibi de sponsi mei paradisi transmittere.
Ipsa autem percussa gladio. perrexit ad xpm.
Cui est honor et gloria in saecula saeculorum amen.
Igitur theophilus ad uocatus praesidis pro-
missionem sciae dorotheae suis sodalibus refe-
rebat dicens. Hodie dum a persecutore duce-
retur. dorothea quae sponsam xpi dicebat.
Et ad eius paradysum puenire memorabat.
Ego dixi illi eunti. O tu sponsa xpi. dum p-
uenieris ad paradysum sponsi tui. mitte inde
mihi rosas et mala. Et illa ait. plane quia
tra faciam. Cum autem haec narraret
et invideret promissioni. ecce puer cum ora-
tio ante eum in quo ferens tria mala miri-
fica et tres rosas floridissimas. dixit ei.
Ecce sicut petentibus ^{tibi} promisit uirgo sacratissima
dorothea. transmisit tibi de paradiso sponsi

sui. Tunc theophilus accipiens. exclamauit
uoce magna dicens. Uerus iste xpi. et non est ulla
simulatio in eo. Dicunt ei college sui. Insanis
theophile an iocaris. Dicit illis theophilus. Nec
insaniam patior. nec iocantur animam gero.
sed est mihi rationalis fides. ut credam uerum
esse. dnm ihu xpm. Dicunt ei. quae ratione repente
in istam uociferationem conuertit. At ille
dicit eis. Dicitte mihi qui mensis est. Dicunt ei
februarias. Dicit eis theophilus. Cum totam cap-
padociam glaciale frigus regat. et nulla pe-
nitus uirgulta foliorum suorum tegmine
aestiantur. Unde istas rosas aut ista mala
mirifica cum suis frondibus aestimatis. Dicit
illi. Hoc nos nec suis temporibus uidimus. Dicit
eis. Me quem uidentis ad locutus sum dorothea
euntem ad excipiendam sententiam percussoris.
credens quod fatua esset. Et dicit ei xpm sponsum
suum. Et quod pueniret ad paradysum eius. In-
sultans ego quasi stulte dixi ei. Dum puenieris
ad paradysum sponsi tui. mitte mihi inderosas
et mala. At illa ait. plane quia tra faciam.
et ecce repente postea quam p nomine xpi
passa est. uenit ad me infantulus pulcher
paruulus. aestimo eum esse non plus quam quat-
tuor annorum quod ego non putabam loqui
posse praecipua infantia. hic pulsauit latus
meum. quem cum respexisset tibi me in parte.
et coepit me cum ita perfecte loqui. ut me putare
rursus cum in conspectu eius. Et proferens mihi
orarium hoc cum tribus malis et rosis. dixit mihi.
Uirgo sacratissima dorothea sicut te petente p-
misit. transmisit tibi haec munera de hor-
to sponsi sui. Quaedam accepissem et clamarem.
ille infans numquam comparuit. quem ego non
dubito angelum fuisse di. Et haec dicens cla-
mabat. Beati qui credunt in xpo. Et qui fidem
suam ipsi committit. hic uere sapiens est.
Cumque haec et his similia diceret. ingressi sunt
quidam ad praesidem et dicunt ei. Scolasticus
tuus theophilus. qui usque hodie postulabat

contra xpianos et persequeretur eos usque ad mortem.
hic pforibus uociferatur laudans et benedicens no-
men illius nescio cuius ihu xpi: et multi credunt
p̄dicationi eius. Tunc praeses iussit eum introduci
ad se. Cui intro missis ait. Quid est quod foris loq-
baris? Theophilus dixit. Laudabam xpm felici-
titer: quem usque hodie infelicitate denegabam.
Dicit ei praeses. Miror te uirum prudentem hoc
nomen uel nominare uoluisse: quod nunc usque
quicumque nominauit p̄secutus est. Dicit ei
theophilus. In hoc apparet uerum ee d̄m qui
me conuertit ab errore ad uiam rectam: et fe-
cit me cognoscere: quia ipse est uerus d̄s. Dicit
ei praeses. Omnes in sapore sapientiae crescunt:
ut a sapientibus sapientiores fiant. Tu ex sapiente
ad insipientiam repente reuersus es. Conuersus
es d̄m dicere quem a iudeis crucifixum: ab ipsis
xpianis audisti. Dicit ei theophilus. Hunc
ergo crucifixum audiui: et errorem passus pu-
taui d̄m non ee. Et blasphemauit cotidie nomen
eius. Nunc autem paenitentiam gerens de
p̄teritis criminibus: et blasphemis meis: hunc
d̄m meum confiteor. Dicit ei praeses. Et ubi aut
quando factus es xpianus qui usque hodie sacri-
ficasti? Dicit ei theophilus. Ca hora qua xpm
confessus credidi: sensi me xpianum effectum.
Et ideo sicut ex toto corde in mortali xp̄o di filio
credens: praedico nomen uerum: nomen sem-
nomen immaculatum: nomen in quo nulla simu-
lacio est: nulla in postura: quae idolis regnat.
Dicit ei praeses. Ergo in postura indus nostris
regnat? Dicit ei theophilus. Ergo non regnat
in postura in his simulacris quae homo dolauit
in ligno: conflauit in aere: limaui in ferro:
confabiliuit in plumbo: quod canes nocte custo-
diunt: quod arinae texunt: quorum concaua
muribus plena sunt: mentior si ista probare
non possum: sed quia non mentior: iustum est
ut ueritati consentias: Et a falsitate tuos animos
tollas: Decet enim ut qui alios iudicas mentientes:
te ipsum mendacio auferas: Et in ueritate quae

in iunioribus idolis mostalibus: ita ex toto corde

est in xpo conuersus. Praeses dixit. Et diu non suad
uiui. Theophilus dixit. Interim effigies uidem
sine sensu. D̄s autem sensus est inuisibilis. Isti
custodiuntur: ille custodit: si ita non est: con-
uinci debeo ratione: si autem de potestate agitur:
constat teratione ee superatum. Praeses dixit.
Ergo uideo infelix theophile: quod mala morte
interire desideras. Theophilus dixit. Ego bona
multa inuenire desidero. Praeses dixit. Scias
quia si misit sculticia p̄securare uoluerit: Pri-
mum tibi adhibeo diuersa supplicia: Et ita demum
te crudeliter interficiam. Theophilus dixit.
Hoc et ego desiderare iam coepi. Dicit ei praeses.
Consulere oportet tibi et tuis et domui tuae:
aut patrimonio: aut filiis: et affectibus tuis:
et non ita te precipitem tradere in mortem publicam:
qua hi sculti et criminosi et incauti incurrunt.
Theophilus dixit. Summa sapientia haec est:
ut philosophiam geram de omnibus effectibus meis:
et de omnibus cruciatibus tuis nihil penitus timeam:
ne hoc in rationabili temeritate: sed rationabili
consideratione desinis. Sicut ad p̄bo. Cum omnibus
temporalibus rebus: aeterna p̄fero et labentibus:
praepono perpetuam. Praeses dixit. Ergo tor-
menta eligis quam requiem: et mortem magis
quam uitam desideras? Theophilus dixit. Ego ista
tormenta non timeo: Et mortem hanc non hor-
resco: sed illa tormenta timeo quae aeternas
tenebras habent. Istas autem poenas quas tu pu-
tas inferre: In breui tempore finem accipient:
tormenta uero quae idolorum cultoribus inro-
gabuntur acrius subinde saeuunt: Et finem
nullum inueniunt. Praeses dixit. Adpendatur
in aeternis uis deserta theophilus: ut uerba uana
acrioribus tormentis relinquat. At ubi in aeternis
suspensus est: Theophilus dixit. Ecce modo fac-
tus sum xpianus: quia in cruce suspensus sum.
Aculei enim factura: et crucis similitudinem gerit.
Gratias tibi ago xpe: quia in signo tuo leuari
p̄misi. Dicit ei praeses. Infelix par te carnis:
tuis. Cui theophilus respondens ait. Tu infelix

parte animae tuae. Ego enim carnibus meis tempo-
raliter non parco. ut animae meae in aeternum par-
catur. Tunc in furore ductus praesens. unguibus lac-
ra eius adtrectari praecepit. et lampadibus ar-
dentibus exurit. At uero theophilus nihil aliud
in tormenta clamabat. nisi hoc. Xpe filius dei te
confiteor. ad iunge me in numero seruorum
tuorum. Erat autem intrepidus uultu et con-
stans. ita ut non putaretur ipse torqueri. Cum
tortores et ipsa tormenta deficerent. hanc
praesens impuissimus. dictabit sententiam. Theophi-
lus quinque usque dies immortalibus sacrificauit.
Et uultus ipsarum exiit. Nunc uero praetor
inuentus est. ita ut ab eis discederet. et se-
traderet xpianus iussimus capite plecti. Theo-
philus dixit. Gratias tibi xpe. et gaudens per-
gebat ad coronam supernae uocationis. qui ab un-
decima hora conductus. meritis fuit aequam
portionem cum illis accipere. qui prima hora
usque ad duodecimam operati sunt pro gratiam eius
qui glorificat suos sanctos. Cuius est honor et gloria
in saecula saeculorum. Amen.

EXPLICIT PASSIO SCAE DOROTHEAE VIR-
ET THEOPHILI MARTYRES.

INCIPIT PRAEFATIO
SUSCEPTI OPERIS. ET
QUOMODO VIR DI. SCS.
VEDASTUS. REGI. HLO-
DOURO. ADIUNCTUS ESSET.

Postquam deus et dominus noster ihesus christus quem qua-
rere perditam de caelis in hunc mundum
purginale uenerat uterum. Et tota suae dispen-
sationis. et nostrae salutis pacis plenitudine
cum triumpho gloriae ad sedem paterna maiest-
tatis reuersus. ut tenebras ignorantiae tenebras
toto depelleret orbe. multa sanctorum lumina
doctorum euangelicae praedicationis luciae ful-
gentia toto diuiserat mundo. ut sicut caelum
fulgentibus ornatur stellis. quae tamen omnes
ab uno inlustrantur sole. sic et lata terrarum
spatia. sanctis splenderent doctoribus. Quam

ab aeterno sole inluminari. diuina prouidente
gratia. caecis ignorantiae tenebras aerae fidei
fulgorae. et glorioso christi nomine inlustrarent.
ut eis ministrantibus longa ab initio saeculi esu-
rietas. aeternae uitae aepulis satietaretur. De quo
rum numero sedes sacerdos uelastus et praedicator
egregius. temporibus fortissimi regis tunc
temporis francorum hlothaici in hac diuina
dirigente gratia. ob multorum salutem per-
uenit regiones. quatenus supernae pietatis sus-
fultus auxilio. populum diabolica fraude de-
ceptum. et errorum laqueis captiuum. in uiam
dirigeret salutis aeternae. Et uera quae in christo
est liberati restituere. sed ut hoc acceptabili
secundum apostolum fieret. quia. Ecce
nunc tempus acceptabile. Ecce nunc dies salu-
tis. Dominus ihesus qui uult omnes homines saluos
fieri. conpetentem suo famulo praecuidebat
causam. quomodo oportuna administrum
uerbi dei peruenire ualisset. Contigit uero
praefatum francorum regem hlothuuum
alamannis bella inferre. qui tunc temporis
regno suo per se potiti sunt. Sed non eos ita
offendit in paratos ut uoluit. Nam fortissima
collecta manu regi circa ripas rheni fluminis.
obuiauerunt unanimes bellica uirtute patria
defendere. uel libera manu pro patria mori.
et fortissime utrimque decertatum est.

Hinc triumphum gloriam. illi ne patriam perderent
libertatem. In mutua corruentes caedam.
igitur rex nimio turbatus terrore dum ini-
micos uidit fortiter pugnare et suos pene
ad interuentionem iunci. magis coepit despa-
lute desperare. quam de uictoria sperare. Et
sine dum uoluntate renatus est in christo. Tam
necessitate cogente ad christi confugit auxiliu.
Et quia reginam habuit religiosam baptismi
sacramentis initiatam nomine hlothilt. oculos
cum hac uoce ad caelum leuauit. O deus unice
potestatis et summae maiestatis que regina
hlothilt colit confitetur et adorat. Concede